

**Nicolai Lancicij E Societate Iesv Opvcvlorvm Spiritvalivm  
Tomvs ...**

**Łęczycki, Mikołaj**

**Antverpiae, 1650**

De quinto gradu spiritualis profectus, qui est, maior Dei cognitio. Cap. XVI.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78809](#)

est, inquit Bellarminus: obedere tibi sine contradictione statui, & onus quodcumque portare decreui, & à fide, & à charitate tuâ non recedam. Hoc confitit abnegatio iudicij. Ideo Cassianus ait: Stultum te, secundam apostoli sententiam, facias in hoc mundo, ut sis sapiens, ubi scilicet discernens, nihil dudicanus, ex his que fuerint tibi imperata, sed cum omni simplicitate ac fide obedientiam semper exhibeas, illud tantummodo sanctum, illud utile, illud sapiens esse iudicans, quidquid tibi, vel lex Dei, vel senioris examen indixerit. Tali enim institutione fundatus, sub hac disciplina, poteris durare perpetuè, & de cœnobia, nullis tentationibus innici, nullis factionibus deuolheris. Imò multis Dei donis repleberis. Nam vti docuit Christus in nocte, Iustus Dominus B.M. Magdalena nam de Pazzis: Inter impedimenta donorum Spiritus sancti, non tantum sunt ea peccata, qua Deum expellunt ex anima, sed & propria voluntas, & proprium iudicium eorum, qui modo sua volunt seruire Deo. Qui quidem desiderant Spiritum sanctum, sed eum desiderant eo modo, qui illis placet, & qui illis videtur, & sic se reddunt inhabiles, ad percipendum eum, qui est, tamquam hamus quidam, quo Deus vult capere animam, ex se adeo vietum.

**205.** Claudam hoc caput, pio quodam sensu, ac lumine, quod habuit sanctæ memorie, P. Ludouicus de Ponte, in quibusdam Exercitiis spiritualibus, dum ea fecit, & quod scriptum reliquit, in quodam suo memoriali, citato in vita eius manuscripta: ex quo, pro abnegatione propria voluntatis & iudicij, apta peti possunt monita: Abnegationem perfectam cognovi, in magnâ vigilantiâ ad sentiendum motus inordinatos anima, & ad reprimendum statim, & castigandum nos pro illis. Sicut fortia miles, viso hosti euro aggreditur, & necat, & timorem incutit aliū ne accedant: ita est genus pie-tatis in hac parte secum esse crudele.

Haec motum inordinationes rediguntur ad quadratu.

Prima inordinatio est in cogitationibus, & imaginacionibus de rebus noxicis, vel vanis, vel impertinentibus illo tempore, vel cum nimia sollicitudine.

Secunda est in affectionibus, & volitionibus rerum prohibitarum, ut sunt: affectio superbia, ira, inuidia, & aliae, vel quoad modos prohibitos, vti est turbatio, vel inquietus propenso, ad concionandum, sciendum, & circa officium proprium.

Tertia est in repugnantibus erga opera virtutum, cum rapiditate annexa, circa illa: vti sunt opera, cultus diuinus, obedientia, amoris proximorum.

Quarta est, libertas sensuum, in videndo, audiendo, loquendo, exequendo ad has res, ex curiositate, vel impetu, vel libertate, &c.

Quod si in his quatuor generibus inordinationum, me mortificabo, & negabo, tollam impedimenta uniuersum cum Deo, & perficie familiaritatem cum illo, & potero dicere: Introduxit me Rex in celum, etiam ordinavit me in charitatem. Hæc ille.

Atque ita etiam per examina, harum quatuor inordinationum, poterunt cognoscere qui

vollerint, an & quantum, in abnegatione huius proficerint.

### CAPVT DECIMVMSEXTVM.

De quinto gradu spiritualis profectus, qui est maior Dei cognitione.

Quintus gradus est, maior Dei cognitione.

**S**ignum profectus in eâ est, si quis agnitus Dei excellentia, absoluta & respectiva, hoc est beneficiantia eius erga nos multiplici, nunc agnoscat melius turpititudinem peccati cuiusvis etiam leuisissimi, quo Deus offenditur: obligacionem quarendæ omnimea perfectionis, ob Dei gustum & gloriam: præsertim, quam accuratè sint omnia peragenda, que spectant ad Dei tam excellentis cultum, & ad exequendam Superiorum, Vicariorum Dei voluntatem, & quam grati esse debeamus Deo, ob totius beneficia & immediate ab eo, & mediis creaturis collata. Nam vt scribit S. Antonius Abbas ad Arsenioitas. *Qui cognoverit Deum, agnosceret & dispensationes illius, quas efficeret in propriis creaturis: tam Arseneo in earum, tum in nostrum commodum.* Et alibi: *Qui tan-  
tum cognoverit Deum, hunc adorare debet, sicut operari.* Hæc enim omnia ad Deum referuntur, & eius epistola, melius colendi, ac præcepta perfectius exequendi studio, horum cognitione quarenda est. Scimus, inquit S. Ioannes, quoniam cognovimus eum, si manu data eius obseruamus: qui dicit se nosse eum, & mandata eius non custodit, mendax est, & veritas in eo non est. Tali cognitioni & scientie Dei, illud conuenit, quod scribit S. Bernardus. *Scientia ista, in pri-  
mo gradu, operatur penititudinem & dolorem: ut ipsam  
in lucum, cantum in planctum, gaudium in mærorum  
conuerterat: & incipiant tibi displicere, que vehementer  
antea placuerunt: & illa specialiter horreas, que specia-  
liter appetebas. Sic enim scriptum est: Qui addit  
scientiam, addit & dolorem, ut veracius & sancta scien-  
tia, sit dolor subsequens argumentum.* In secundo vero gradu, operatur correctionem, vt iam non exhibeat membra tua, arma iniquitatis peccato: sed coerces gulanum, iugules luxuriam, superbiem deprimes, & facias seruire corpus sanctitati, quod iniquitatibus ante serueriat. Perit enim, sine correctione non proderit, sicut Sapiens ait: *Vnde edificans, & vnu destruens, quid prodest eis nisi labori, qui enim baptizatur à mortuo, & iterum tangit eum, nihil proficit lauatio eius.* Sed quia hoc diutius haberi non possunt, nisi circa se multa circumflexione, mens indecessa vigileat & atten-  
dat. In tertio gradu operatur sollicitudinem, vt iam sollicitus incipiat ambulare cum Deo suo, & ex omnipe-  
te scrutetur, nra vel leuisissima re, tremenda illius Maiestatis offendatur aspectus. In penitidine accenditur, in correctione ardet, in sollicitudine lucet, vt interior & exterior renouetur. Denique per hanc maiorem cognitionem Dei, generosus redditur animus,

206.

ser. i. in  
vigil.

Namit.

Domini

de.

n.

ca-

de-

n.

ad magna quæque, in Dei obsequio præstanta,  
à suis Superioribus imposita. Nam vt benè scri-  
psit S. Tercia, in libro fundationum, iussu Patris  
Ripaldae Societatis nostræ, eius Confessarij  
conscripto, quod quis Deum magis cognoscit, eo etiam  
illius opera ei facilita rediuntur.

227. Omnia autem cognitione rerum credenda-  
rum deo, utrū est vñitas Diuinæ essentie, Tri-  
nitas personarum, processus Spiritus sancti à  
Patre & Filio, de quā hic non agitur, utrū nec de  
cognitione eius æternitatis, immensitatis &  
similitudinis, quæ præsupponuntur, acquisita ex do-  
ctrina Catechismi: quatuor rerum postissimum  
cognitionis in tertio anno augenda ac perficienda  
est, & ab aliis extra Societatem, in eo statu in  
quo à Deo sunt collocati.

Primo, Diuinæ Maiestatis, seu excellentiæ, ex  
quæ oratur timor eius, refrrenans nos ab omni  
peccato; item summa reverentia erga tantum  
Namen, & summa diligentia in operibus ad  
Dei cultum spectantibus, ut est oratio, Missæ  
sacrificium, horæ canonicae. Qui enim intimè  
cognoscit, infinitam Diuinæ Maiestatis excel-  
lentiam, non præparat se diligenter ad concionem,  
vel diputationem, quam ad meditationem:  
non festinat in horis canonicas dicendis,  
vel Missa, vel Litaniis, sicut non festinat dum  
alloquitur Regem; & principalius attendit, ac  
feruentius, libentius quæ ad illas occupationes  
(quantum in ipso est) quæ naturâ suâ, Deo magis  
placent, & quæ sunt magis meritioræ, quam  
ad alias, quæ eum tantum in hac vitâ possunt  
reddere magis gloriosum, & honoratum: utrū est  
protectus in litteris, & prudentia in rebus ge-  
rendis & similiis.

Secundo, cognoscenda penitus, summa perfe-  
ctio, & bonitas absoluta Dei, quæ eum reddit  
infinitè amabilem, ex quæ nascitur amor ingens  
Dei, tamquam omnia amabilia in se habentis,  
& quod simus merum nihil, nobis ostendentis.  
Unde bene dicebat B. Laurentius Iustinianus:  
Veram scientiam esse, stire hæc duo, Deum esse omnia,  
& se nihil. Vbi autem est hæc cognitio, eam le-  
quitur magnus amoris erga Deum affectus. Nā  
de chatit. vt ait S. Maximus: Quemadmodum solis lumen, sa-  
num oculum ad se pertrahit, sic Dei cognitio, puram  
mentem, per charitatem, naturaliter (id est prom-  
ptè) ad se illam allicit.

Tertiù, cognoscenda est melius, summa eius  
beneficentia, & liberalitas, quæ excitat immen-  
sum desiderium, merita accumulandi, & coro-  
nas gloriæ cælestis maximas, etiam cum summo  
incommodo nostro, & nostri humiliatione, cō-  
gregandi.

Quarto, cognoscenda est melius, summa eius  
sanctitas, quæ mouet ut sapiat status religiosus,  
per quem ei similiores reddimur, & ut con-  
curre in omnibus rebus esse sancti, ei quæ similli-  
mi. Hæc sunt præcipua, quæ ex cognitione ex-  
cellentia Dei absoluta, & respectu nascuntur.

Nam vt ait Clemens Alexandrinus, ut mors, est  
separatio animæ à corpore, ita cognitio Dei est mors  
rationalis, abducens & separans animam à mortibus  
& perturbationibus, & deducens ad vitam benefi-  
ciet, & bonarum operationum, ut tunc Deo libere di-  
cat: Vtq[ue] sicut vñ. Atque ita ibidem, Clemens A-

lexandrinus, cognitionem Dei ait esse, qua ho-  
mineni pium ac religiosum efficiat, & rite eum qui ist-  
verus Deus, colere prout eius decet Majestatem: & Dei  
cultus, est curam continuam, & perpetuam in Deo oc-  
cupationem, per charitatem, que numquam intermit-  
tur. Et addit: ille, qui cognitione Dei prædictus est, so-  
lus est pius ac religiosus, qui pulchre & curavulam re-  
prehensionem, in rebus humanis Deo seruit. In que in  
sensum S. Catharina Senensis, inter doctrinas  
dialogorum suorum, diuinitus reuelatas, dixit,

post cognitionem diuinae bonitatis, illud sequi amorem, cap. 1.  
qui diligendo, sequi conatur & induere veritatem.  
Et alibi, Deus illi ait ex hac notitia hauries tibi cu-  
ta necessaria. Tunc in cognitione mee bonitatis, in se  
succenditur anima, cum ineffabili dilectione, propter  
quam in igit pœna commoratur, non quidem in affli-  
tiu[m] & que exsiccet animam, sed que eam impinguet.  
Nam quia veritatem meam agnouit, & propriam  
culpam suam, & ingratisitudinem ac cæcitatem proximi  
mi, habet pœnam intolerabilem; & ido dolet, quia me  
amat. Nam si me non amaret, non doleret. Unde subi-  
to, postquam tu & serui mei agnoscetis, modo dicto, ve-  
ritatem meam, oportebit vos sustinere usque ad mor-  
tem, multas tribulationes & iniurias, & impropria in-  
dictis, & in factis, pro gloria & laude nominis mei: &  
sic faciendo, satisfact pro culpis tuis, & aliorum seruo-  
rum meorum, penit ex charitate pro me toleratis, iux-  
ta dispositionem eorum. His similis dicuntur &

cap. 5. Deinde cap. 7, sic Deus Pater loquitur de  
utilitate cognitionis sue bonitatis: Cognitâ meâ  
bonitate seruenier amat illam, sine medio & cum me-  
dio; sine medio sui, & sua propria utilitatibus: amat verū  
cum medio, scilicet virtutis, quam virtutem concepit  
per amorem meum: quia videt, quod alio modo non esset  
mihi gratius & acceptius, nisi conceperet odium peccati  
& amorem virtutis. Quæ postquam concepit, per amo-  
ris effectum subiit partem proximo suo: quia aliter  
non esset verum, quod conceperit in se, sed sicut in veri-  
tate me amat, ita in veritate facit utilitatem proximo  
suo: nec aliter fieri potest: nam amor mei, & amor pro-  
ximi sunt una res, & quantum anima me amat, tan-  
tum amat illum; quia amor erga illum exit à me. Hoc  
est illud medium, quod ego vobis posui, ut exerceatis &  
probetis virtutem in vobis. Cum enim utilitatem mibi  
præstare non valeris, debet illam facere proximo.  
Hoc manifestat, quod vos me habeatis per gratiam in  
animâ vestra. Quocirca mirum non est, quod B.

V. MARIA inter media, per quæ eam Deus co-  
seruauit, ut nec in tenerâ ætate peccato conser-  
varetur, hoc quoque recusat, quod seruor sciendi  
Deum perseverauerit cum eâ. Tantam vim habuit,

hic diuinæ gratiae effectus. Et Mercurius Trif-  
megistus, pietatem aiebat esse: Dei cognitionem: &

1.2. ad  
Eccl. Ca-  
tho.

1.6. retul.  
S. Brig.  
cap. 56.

**I**sa. 33. 6. bus maius est, Spiritus sanctus per Isam ait:  
Divinitas salutis sapientia & scientia: scilicet cognitio  
Deinde hac enim, ut & de timore, S. Propheta  
ibi agit, eò quod, ut bene dicit Abbas Chære-

**C**oll. 11. mon apud Cassianum: Divinitas salutis nostra, in  
cap. 11. verâ sapientia & scientia Dei considunt. S. Hiero-

**I**ohn. 15. in Ie-  
rem. c. 22. nymus: motitia, inquit, viuis Dei, omnium virtutum  
posse suum est: scilicet causaliter, ut loquuntur Phi-

**L**1. de fuga  
**S**ec. c. 2. n. sophi, eo modo, quo paulo ante explicat. Hoc  
33. paucis verbis explicauit acutus S. Ambrosius:

**I**o. 17. 3. Sex civitatum refugia sunt, ita ut prima ciuitas, sit  
cognitio Verbi, & statim addens eius effectum,

subdit, ad imaginem eius forma viaendi. Quicun-

que fuerit eam cognitionem ingressus, tatus à ponâ est,  
secundam quod & Dominus ait: Iam vos mundi estis;

proper sermonem, quem locutus sum vobis. Hac est au-

tem vita eterna, ut cognoscant te solum Deum verum,  
& quem misit Iesum Christum. Hac est igitur ci-

uitas, velut metropolis, cui adiacent aliae quinque ciui-

tates Leuitarum. Quas etiam, per cognitionem  
rerum ad Deum spectantium, mystice statim

explicans, ait: Secunda ciuitas, est consideratio Diuina  
operationis, quâ creatus est mundus; quantum ex hâ  
bonâ, que sunt in constitutione istius creature, bonum

illud summum atque eternum comprehenditur. Ete-  
nus si parentes quia nos generunt, amamus; quan-  
do magis diligere debemus, creatorum parentum, auto-  
remq; nostrum, & bonum igitur & haec ciuitas ad resu-

gium. Quia edificator sui testatur gratiam, & affi-  
ctum nostrum excitat, ut eius simus cupido, qui

tantam nobis fabrica videatur contulisse pulchritudi-  
nem. Tertia ciuitas, est contemplatio potestatis regie, &

Maiestatis eterna, ut subiciamus regi, si non deserimus  
tamquam parenti: metu enim prefendentis, plerumq; sit  
obediens potestati, qui est salutis ingratius. Quarta ciui-

tas, propitiationis Diuina intuitus. Quinta ciuitas, le-  
gi diuina contemplatio, que precipit, quid faciendum

fit. Sexta ciuitas, portio legis, que praescribit, quid non  
faciendum sit ut, quibus icharitas, integritas, humilitas

vacillauerit, propria habeant refugia. Et sperent, Do-  
minum sibi reconciliare posse, si veniam petant (in  
qua quarta ciuitate) sperent se posse corrigi, si praecepta se-

quantur cœlestium testamentorum, quibus aut informan-  
tur ad innocentiam (quod sit in quinta ciuitate)

aut reuocamur a culpa (quod est proprium  
sextæ ciuitatis.) Hoc igitur (scilicet tres ultimæ)  
intra Jordanem ciuitates sequenda sunt, ut propitiemus  
nobis Deum, sequamur que iubet, & vivemus que pro-  
hibet.

Et quod maius est, ob has vtilitates, maioris

cognitionis Det., Apostolus eam commendat  
Coloss. 1. verbis amplissimis. Non cessamus pro robis, orantes,

& postulantes, ut adimplamini agnitione voluntatis  
eius in omni sapientia & intellectu spirituali. Cur et  
ambulet dignè, Deo per omnia placentes, in omni ope-

re bono fructificantes, & crescentes in scientia Dei, in  
omni virtute confortati. Et, Fletio genua mea, ad Pa-

Eph. 3. 14. trem Domini nostri Iesu Christi, ut det vobis, &c. scire

etiam supereminenter scientiam charitatem Christi, ut

impleamini in omnem plenitudinem Dei.

Hæc Dei cognitio acquiritur, attenta & pro-  
funda meditatione quotidiana, colloquione  
verè spirituali, & lectione librorum spiritua-  
lium, affectui seruentium. Per hæc enim expe-  
riencia docet, viuo quodammodo, & intime  
cognoscit.

Primo, Deum fore indicem nostrum rigidissi-  
mum, ex quâ cognitione nascitur, fuga peccato-  
rum, & satisfactio pro peccatis commissis, ac  
proinde patientia in aduersis, per quam, om-  
nium maximè, Deo satisfiat pro peccatis, & per  
quam, acquiritur, ut homo quietissimè vivat in  
Religione, & aliis.

Secundo, cognoscitur Dei erga nos beneficen-  
tia, orta ex eius infinitâ & abolutâ bonitate, ex  
quâ cognitione, orietur amor eius & liberalitas  
erga eum declarabitur, indefessis laboribus,  
promptè & feruenter suscepit, tum impositis à  
Superioribus, tum sponte eum Superiorum ap-  
probatione electis.

Tertius, cognoscitur infinita excellentia perfe-  
ctionum omnium infinitarum Dei, vnde profi-  
ciscitur, summa erga eum reverentia, & cultus,  
ac fervor Seraphicus, ab omni nauo liber, in a-  
ctibus religionis: vt sunt, oratio, sacrificium, ho-  
rarum canonicarum recitatio. Præterea ex hac  
cognitione infinitæ excellentiæ Dei, proficietur,  
purißima intentio in omnibus actionibus  
nostris, ut nil dicamus, nil faciamus, nisi purè  
propter solum Deum, excludendo à fine no-  
strarum actionum & verborum, non tantum  
res malas (vt sunt vanitas, inordinatus appeti-  
tus laudis, bona opinio, bona fama, fauori  
humanorū, promotionum ad honorifica)  
sed etiam res bonas, quæ alias expeti & quæ  
possunt; (vt sunt, perfectus in virtutibus, præ-  
mium cælestis.) Tanta est enim Dei excellen-  
tia, ut quamvis non esset cælum, nec villa remu-  
neratio diuina pro rectè factis, deberemus om-  
nia facere propter solam infinitam Dei Mai-  
estatem. Et hoc solum esset nobis instar suffici-  
tis, imò nimis magni præmij. Nam ut scribit S. Ier.  
Dorotheus, nequam timore pana, aut præmij ca-  
piditate, viri sancti, voluntatem Dei faciunt, sed solo  
amore & benevolentia.

Ex eadem cognitione Diuina Excellentia  
oritur, insatiabile desiderium proficiendi in  
virtutibus. Cum enim iusti, proficiendo in vir-  
tutibus, simul crescant in gratia sanctificante, &  
per hanc, ac cum hac fiant magis participes, seu,  
ut loquitur S. Petrus, diuine confortes nature plus, 2. Pet. 6  
ut ita loquar, de Deo ipso participantij, qui plus 4  
in virtutibus proficiunt, vt ex SS. Patribus be-  
ne & Theologicè probant inter alios nostri PP.  
Suarez, Valsquez, Lessius, & Cornelius à Lapi-  
de. Et hanc ob causam S. Dionysius Areopagi-  
ta, proficientes in virtute, appellant, Deiformes, &  
S. Gregorius Nazianzenus, deificantes se: & S. ort. in  
Anastasius Synaita Patriarcha Antiochenus, ta- Julian.  
les ait fieri, quodammodo veluti Christos in diuini-

148

17. hexā.  
S. Basili.  
h. ro. hec.  
xam.  
S. Ambri.  
de diga.  
cond. hu.  
c. 1. & 3.  
S. Hier. in  
cap. 1. 8.  
Ezech.  
S. Chry.  
soft. h. 9.  
in Gen.  
S. Damas.  
1. 2. de fi.  
dec. 12.  
S. Bern.  
ser. 1. de  
Ananit.

*tate simul & humanitate.* Cū enim Dei Excel-  
lētia infinita sit, & per profectum in virtutibus  
iusti Deo similes stant, utī sancti Patres docent,  
tum aliās, tum illa verba explicantes Gen. 1. 26.  
*Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem  
nostram;* magnis passibus in cursu & profectu  
virtutum progrediendum est, vt quām proximē  
accedamus ad Diuinam Excellentiam, ei-  
que quām simillimi, eius gratiā beneficio red-  
damur.

Ex eadem Diuinæ Excellentiæ infinitæ co-  
gnitione nascitur, indefessus amor crucis & il-  
limitatum desiderium tolerandi quasvis adver-  
saries & iniurias ac persecutions, amori no-  
stro proprio disponentes: & summa patientia  
ac mutua proflus silentium in illis, & maiorum  
ac maiorum desiderium. Cū enim Deus  
infinitus sit, quidquid pro eius amore hic pati  
possumus, et instar puncti mathematici respe-  
ctu molis infinita. Ideō viri Dei, viuā cognitio-  
ne Diuinæ Excellentiæ imbuti, quidquid pro  
Deo faciunt & patiuntur, tamquam nihilum &  
inanē reputant, comparando cum infinitā Ex-  
cellentia & Maiestate Dei: præsentim cū ille  
nostrā humanitatē assumptrā, tam multa, nostri  
causā, fecerit bona & passus sit indigna &  
iniuria: & vt ait Apostolus, *semel ipsum exmani-  
uerit.*

*Quariū, cognoscitur eius beatitudo, in cælis  
præparata, vt sit obiectum nostrum;* vnde se-  
quitur, contemptus omnium terrenorum, qua  
amor proprius appetit, & multiplicatio meri-  
torum, ad propagandam quām maximè glori-  
ram Dei, per actus heroicōs, ac ferentes, &  
numquam deficiente, sed semper crescentes, in  
omnimodi perfectione possibili, iuxta illud di-  
Orat. 1. in *Etum S. Gregorii Nazianzeni: nullum ascensu &  
Desificationis modum agnoscunt,* scilicet perfec-  
tōnē studiosi. Ideō profectus in Dei practicā co-  
gnitione, qualem descripsi, est maximum reme-  
diū ad perfectionem, & eius defectus est cau-  
sa omnium imperfectionum & peccatorum. Id-  
eō mirum non est, audiī solita à S. P. Ignatio  
dicente, (dum primo anno post suam conuer-  
sionem, in domo Ioannis Paquialis, Barcinone  
ad Deum orans noctū, atolleretur in altum,  
splendoribus vndique circumclusus diuinis) hęc  
verba: *O Deus meus! Domine mihi amor cordi mei!*  
ō si homines te nosset, numquam te offendere, sed  
amare! uti in Procesu Minotellano & Barci-  
nonensi, plures testes iurati testantur. Cū au-  
tem solitu tertij anni, multum conferat, ad  
hanc practicā Dei cognitionem maiore, vt en-  
dum est hac commoditate, quam Patribus So-  
cietas præbet. Quod enim S. Basilis libro de  
Laude vita solitaria scriptum reliquit, etiā huic  
tertij anni secessu valde conuenit. *Est enim vita  
hoc celestia doctrina schola, diuinarum artium disci-  
plina: illuc Deus totum est, quod dicitur.*

## CAPVT DECIMVM SEPTIMVM.

*De sexto gradu profectus spiritualis, scilicet  
maiore Dei amore.*

*Sextus gradus est, Maior Dei amor.*

**A** Moris diuini conditiones, effectus, & ac-  
tus, & signa variis modis explicantur à  
Sanctis, quos in Opusculo, quod molior de a-  
ctibus virtutum, explicabo: hic tamen aliqua  
commemorabo. In primis certissimum profec-  
tus in amore Dei signum est, si quis pro Deo,  
infatigabiliter sele impendat laboribus, à Supe-  
rioribus suis, sibi præscriptis vel commendatis?  
quia vt scribit S. Gregorius: *Signum amoris, non est 1. 2. in r.*  
*in affectione animi, sed in studio bona operationis.* Vn-  
Reg. 4.  
de & in Euangeliō præmisit Dominus dicen: *Qui ha-  
bet mandata mea, & facit ea, hic est qui me diligit.*  
10. 16. 21.  
Hinc S. Bernardus excitans sororem, ad ostend-  
ser. 1. de-  
tionem veri erga Deum amoris, sic ei scripsit: *modob-  
Rogo, vt amorem Christi, ostendas sociabus tuis, non so-  
di.*  
luit verbi, sed & operibus boni. Tunc verè Deum dili-  
gi, si pro amore illius bona, que potes operari. *Vnaqua-*  
que anima sancta, debet in se monstrare amorem Dei,  
& verbi sancti & actionibus. *Vnde in Cantico Can-  
ticorum, Sponsus scilicet Christus, sponsam, id est, ani-  
mam suam ornat dicens: Pone me vi signaculum su-  
per cor tuum, & super brachium tuum.* In corde sunt  
cogitationes, in brachio operations. Ergo super cor &  
super brachium (ponse), dilectus in signaculum ponitur,  
qua in sancta anima, quantum ab eā diligatur, & vo-  
luntate & actione designatur: *quia amor Dei num-  
quam est otiosus. Si vere est amor, magna operatur;* si  
verò non operatur, amor non est. *Si vero Deum diligis,*  
nulla horum otiosā eris.

Præterea signum profectus est, si quis Deo,  
ex amore eius, det id quod sibi est maximè cha-  
rum. Cū enim S. Pater N. Ignatius, in con- 4 hebd.  
templatione de amore, amorem dicat consiste-  
re, in mutuā facilitatē, rerum & operum communi-  
catione, puta scientie, diuiniarum, honoris & boni cu-  
iusque, & ab operibus magis quām à verbis pendere: &  
comune prouerbium sit, amicorum omnia esse  
communia: illudque etiam anima Deum dili-  
genti conueniat, iudicio S. Bernardi, ille se pro- ser. 7. in  
fecisse in amore Dei cognoscet, si paratus ex ter-  
Cant.  
tio anno exeat: ad Deo dandum, si non omnia,  
sætem id, quod maximè habet charum, siue non  
quærendo, nec optando, quod maximè deside-  
rat amor eius proprius: siue acceptando, quic-  
quid ipsi fuerit impositum à Superioribus, si id  
Superioribus visum fuerit, quoniam vt Chri-  
stus docuit S. Brigitte: *Perfecta caritas illa est ad extra re-*  
*Deum, quando homo, sibi de se nihil relinquit, sed ad uel. c. 34.*  
plico hoc exemplo villo, quilibet se introspectat,  
inueniet enim, quo, si velit, suum erga Deum  
amo.

Zzz 2 amo.